



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 32. Lutherus a Coloniensi, & Lovaniensi Universitatibus damnatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

## §. XXXII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1519.*Lutherus a Coloniensi, & Lovanien-  
si Universitatibus damnatus.*

Interea totius Orbis expectationem suspenfam habebat sententia, quam Universitates, quarum iudicium utrinque imploratum, tandem pronunciarent. Ast Schola Parisiensis non nisi post biennium oraculum fudit, Erfordiensis omnino tacuit, Colouiensis tamen ac Lovaniensis Universitates, quamvis in disputationis Iudices non fuissent selectæ, nihilominus merito censebant, quod ipsis cum ceteris Scholis iudicium ferendi jus competeret, quapropter eodem adhuc anno millesimo quingentesimo decimo nono die trigesima Augusti Coloniensis Universitas doctrinali censura Lutheri libros damnavit, asserens, quod illi continerent varios in fide, & moribus errores, speciatim contra opera vitæ æternæ meritoria, contra Pœnitentiæ Sacramentum, confessionem, satisfactionem, indulgentias, purgatorium, ac denique adversus Romanæ Ecclesiæ Primatum, quocirca conclusit Universitas, præmissa matura deliberatione doctrinaliter judi-

Ulemb. c. 5.

Rayn. ann.

1519. n. 48.

Steid. hist.

l. 2.

Argent. t. I.

p. 358.

Cochl. l. c.

an. 1520.

p. 24.

convicerit, eumque, quamvis alias satis verbum prorsus obmutescere coegerit, narrat Cochleus auctor coævus loc. cit.

Sæcul. XVI  
A.C. 1519.

judicavimus, præfatum librum tantis scandalis, erroribus, hæresibusque refertum, jure suppressendum, igni publice cremandum, ejusque auctorem Lutherum merito ad revocationem publicam compellendum. Itidem Lovaniensis Universitas explorato Adriani Cardinalis, qui illius membrum erat, consilio eundem Auctorem die septima Novembris ejusdem anni censoria virga castigavit, condemnans viginti duas propositiones ex illius libris excerptas, tanquam falsas, scandalosas, hæreticas, ac hæresim sapientes, declaravitque, omnes hosce libros tanquam communitati fidelium nocivos, veræ & sanæ doctrinæ adversos, omnino e medio tollendos, ignique cremandos esse. Præcipuæ autem, quas Universitas damnavit, propositiones erant sequentes: *I. Bonum optime factum est peccatum veniale. II. Merita Sanctorum nulla sunt, quæ nobis possent communicari. III. Indulgentiæ nil aliud sunt, quam relaxatio pœnce arbitrio Sacerdotis, vel Canonum pœnitentialium impositæ. IV. Fides, qua creditur verbum Christi verum: Quodcunque solveritis &c. magis requiritur in absolutione Sacramentali, quam contritio. V. Non sunt confitenda omnia mortalia. VI. Nullam pœnam exigit Deus, remissa culpa. VII. Deus ligat hominem ad impossibile. VIII. Quia fomittem peccati habemus, & in hac vita carere*

non

non possumus, semper peccamus. IX. Vir-Sæcul. XVI.  
 tutes morales sunt peccata, Et errores in A.C. 1519.  
 peccatoribus. X. Animæ in Purgatorio si-  
 ne intermissione peccant. Præter has Lo-  
 vaniensis Universitas alias adhuc nume-  
 ro viginti duas damnavit. Lutherus mox  
 contra hasce censuras calamum strinxit,  
 ac stylo vere acerrimo eas confuta-  
 vit, utrique Universitati temeritatis no-  
 tam inurens, eoquod ipsæ præprimis  
 non expectato Papæ iudicio, ad quem  
 tamen totum negotium esset devolutum,  
 illius scripta damnare præsumpsissent.

## §. XXXIII.

*Canonisatio S. Francisci de Paula.*

Jam bimestre & amplius effluxerat, ex  
 quo Leo X. Papa B. Franciscum de  
 Paula FF. Minorum Institutorem inter  
 Beatos ritu solemniter adnumeravit; cum  
 enim per ejus merita Deus quam plurima  
 operatus esset miracula, ac indies eorum  
 plurima, eaque admodum insignia pa-  
 traret, vox populi jam dudum, prius-  
 quam publico Ecclesiæ oraculo Sancto-  
 rum honores Francisco decernerentur,  
 eundem Sanctis aggregatum proclama-  
 bat. Hinc anno millesimo quingentesimo  
 decimo tertio in Beatorum numerum re-  
 ferebatur, hoc autem anno Leo X. con-  
 secratæ immortalitatis honores perfectu-  
 rus,